



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs**

**Vitruvius**

**Florentiae, 1513**

De Arena. Caput. IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12979**

## LIBER

struuntur. alternis coriis parietes alligantur, & mediè lateres supra & agmina collocati & firmitatem & spe ciem faciunt utrāq; parte non innenustam. Est autem in Hispania ulteriore calentū, & in gallis Massilia, & in Asia pitane, ubi lateres cū sunt ducti & are facti, projecti natant in aqua. Natare aut eos posse ideo uidetur, q̄ terra est de qua ducuntur, pumicosa, ita cum est leuis aere solidata, non recipit in se nec com bbit liquorem. Igitur leui raraq; cum sit proprietate, nec patiatur penetrare in corpus humidam potesta statem quocunq; pondere fuerit, cogitur ab rerum na tura (quemadmodum pumex) uti ab aqua sustineatur. Sic autem magnas habent utilitates, q̄ neq; in edificationibus sunt onerosi, & cum ducuntur, à tem pestatibus non dissoluuntur.

### De Arena. Caput. III.

**N**ō cementitiis autē structuris primū est de arena quærendū, ut ea sit idonea ad mate riem miscendam, neq; habeat terram com mixtam. Genera autem arenæ fossiliz sunt hæc, ni gra, cana, rubra, carbunculus. Ex his quæ in manu confricata fecerit stridorem, erit optima, quæ autem terrosa fuerit, & non habebit asperitatem. Item si in uestimentum candidum ea coniecta fuerit, postea ex cussa uel icta, id nō inquinauerit, neq; ibi terra sub siderit, erit idonea. Sin autem nō erunt arenaria, unde fodiantur, tum de fluminibus aut ē glarea erit excernenda. Non minus etiam de litore marino, sed ea in structuris hæc habet uitia, q̄ difficulter sic cit, neq; ubi sit, onerari se continenter paries pati

tur, nisi intermissionibus requiescat, neq; concamerationes recipit, Marina autem hoc amplius, q; etiā parietes cum in his tectoria facta fuerint, remittentes sal fuginem, ea dissoluunt. Fossitiae uero celeriter in structuris siccessunt, & tectoria permanent, & concamerationes patiuntur, sed hæ, quæ sunt de arenariis recentes. Si enim exemptæ diutius iaceant, ab sole & luna & pruina concretae resoluuntur, & fiunt terroæ. Ita cum in structuram coniiciuntur, non possunt continere cementa, sed eariunt & labuntur, oneraq; parietes non possunt sustinere. Recentes autem fossitiae cum in structuris tantas habeant uitutes, eæ in tectoriis ideo non sunt utiles, q; pinguitudini eius calx palea conmixta propter uehementiam non potest sine rimis in arescere, fluuiatrica uero propter macritatem (uti signinum) bacillorum subactionibus in tectorio recipit soliditatem.

## De Calce.

## Caput. V.

**E**arenæ copiis cum habeatur explicatum, tum etiam de calce diligentia est adhibenda, uti de albo saxo aut silice coquatur & quæ erit ex spizzo & duriore, erit utilior in structura, quæ autem ex fistuloso, in tectoriis. Cū ea erit extincta, tunc materie ita miscetur, ut si erit fossitiae arenæ & una calcis confundantur. Si autem fluuiatica aut marina, duæ arenæ in unam calcis coniiciantur. Ita enim erit iusta ratio mixtionis temperaturæ, etiam in fluuiatica aut marina, si quis testam tuam & succretam ex tertia parte adiecerit, efficiet materiam temperaturam ad usum meliorem. Quare autem

D iii